



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1783

VD18 90119304

§. 57. Innocentii XIII. Pontificiæ literæ ad Ludovicum XV. Franciæ Regem
contra septem Franciæ Episcoporum epistolam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

bustam, fanaticorum palinodiam, criti- Sæc. XVIII.
 ticam recentiorum in novum foedus, A. C. 1722.
 & nonnulla alia. VII. Christianus Ri-
 chardus scripsit Historiam Bibliothecæ
 Vindobonensis, disputationes de riti-
 bus; veterum ex antiquitate Ecclesia-
 stica, de Petri Romam adventu, de
 censu Augusti, de Roma ante Romu-
 lum, & de Pseudo Norberto. VIII.
 Amandus Fehmel elucubravit disserta-
 tiones de catacumbis Romanis, de er-
 rorum criteriis circa religionem, de
 criteriis veræ religioni communibus,
 de consiliis irenicis, de Constitutione
Unigenitus &c. IX. Martin de Harlin-
 gem scripsit dilucidationem *Urim &*
Thumim, Heroicam Belgarum expedi-
 tionem pro reparanda Protestantium
 in Anglia libertate susceptam &c.

§. LVII.

*Innocentii XIII. Pontificis literæ ad
 Franciæ Regem contra septem
 Franciæ Episcoporum
 epistolam.*

Epistolam, quam septem Franciæ Præ-
 sules ad Papam dederunt, Romæ Vid. supra
 fuisse proscripam, jam supra memini- pag. 177.
 mus: cum autem hujus facti indignitas Lafiteau t. 2.
 præcipue in loco, ubi prima sua habuit Hist. Const.
 incunabula, publicam deposceret vin- l. 5. p. 203.
 dictam,

R 4

Sæc. XVIII. dictam, hinc Innocentius XIII. Pontifex id jam dudum suadente Cardine Rohano, die vigesima quarta Martii ad Ludovicum XV. Franciæ Regem literas dedit, in quibus horum Præfulum temeritatem promeritis poenis castigari petiit. Hanc in rem ad Regem hæc perscripsit:

Charissime in Christo Fili Noster, salutem & Apostolicam benedictionem.

Argentre Collat. Jud. t. 3. p. 476. „Deus totius consolationis, qui nunquam obliviscitur misereri, sicut Ecclesiis „florentissimi Regni tui diuturno „dilio laborantibus firmam locavit in tua „pietate præsidium, ita Nobis de „omnium salute sollicitis, ac de Domini „gregis discrimine contristatis, oportunitum paravit in eadem tua „virtute solatium. Propterea cum „primum, eo vocante ad custodiendas „vigilias super gregem suum, in hac „celsam Apostolicæ Sedis speculam „plane immerentes pavidique conscendimus, maximas illi gratias egimus, „quod in Regni tui auspiciatissima „primordia inciderint Ministerii Nostri „Apostolicæ servitutis initia. Nihil est „enim vel ad restituendam ac fovendam „Ecclesiarum, Reique publicæ tranquillitatem

„litem vel ad B. Petri auctoritatem Sæc. XVIII.

„tuendam, vel ad revocandos in viam A. C. 1722.

„pacis errantes, quod non possimus

„Nobis a filiali tua erga hanc S. Se-

„dem observantia polliceri, præsertim

„cum ad Regiam indolem tuam pia &

„præclara Institutio, ac dilectissimi in

„Christo Filii Nostri Philippi Aurelia-

„nensium Ducis, Galliarum Rectoris

„sapientia singularis & eximium Ca-

„tholicæ Religionis studium accesserit,

„quæ sane divino consilio adversis hisce

„ac turbulentis temporibus reservata

„existimamus, ut Nos quidem ad a-

„gendam Dei causam alacrius ac fi-

„dentius aggredieremur, Tu vero, Fili

„Charissime ad Divinam opem incolu-

„mitati ac regimini tuo promerendam,

„Christo & Ecclesiæ foederatas Regni

„primitias consecreres.,

„Non est autem, quod tibi ob oculos

„ponamus; nota sunt enim Majestati

„tuæ mala omnia, quæ in Gallias tuas

„invexit famosus liber ille gallice im-

„pressus, super seminatis in agro Do-

„mini zizaniis, jam satis cognitus, &

„pervulgatus, qui ementita subdola-

„que pietatis specie prava dogmata ob-

„strudens, funestos isthic animorum

„motus ac turbas excivit. Neque præ-

„terea obscurum tibi esse potest, quam

„solicite enixeque inclytæ memoriæ

R 5

„Ludo-

Sæc XVIII., Ludovicus XIV. dum viveret, Franco-

A. C. 1722.

rum Rex Christianissimus, Proav-
 „tuus, necnon plerique insignes eius-
 „dem Regni Antistites curaverint
 „obsecraverint, ut per Apostolica Re-
 „scripta caussa simul atque error, con-
 „tentioque finiretur, tum etiam quos
 „labores, curas, vigilias contulerit felici-
 „recordationis Clemens Papa XI. ab-
 „tecessor Noster, ut per constitutionem
 „quæ incipit *Unigenitus Dei Filius* con-
 „cordias sedaret & Catholicam doctrinam
 „nam adversus errores aut pridem dan-
 „natos aut noviter adinventos afferer-
 „ac muniret. Et quidem Rex optima
 „voti sui compos fuisset, & Gallia con-
 „nis, parta concordia frueretur, tum
 „ad saluberrimam & sanctissimam Con-
 „stitutionem debita submissione suscipi-
 „piendam pauci quidam ex Gallicanis
 „Episcopis hæsitassent. Sed impro-
 „vida eorum cunctatione factum est
 „ut nonnulli dissidentiae filii adverte-
 „Dominum & Christum ejus maligne
 „tes consilium, apertissimam ejus Con-
 „stitutionis sententiam ad alienos se-
 „sus torquere, rejectos errores eorum
 „sana doctrina confundere, eorumque
 „censuras audacissime calumniari non
 „dubitarint. Quorum tamen perver-
 „judicia & mendacia ut revellendo
 „teverteret vigilantissimus Pontifex
 „dilectissimus

Sæc. XVIII.
A. C. 1722.

„diserte in eadem Constitutione præfa-
 „tus erat, cavendos lupos ovina pelle
 „contectos & venena melle resperfa,
 „atque instructas sacrorum etiam ver-
 „borum abusu præstigias esse vitandas,
 „nimirum ut omnes intelligerent, non
 „laudabiles Patrum sententias, aut in-
 „noxias sive circa dogmata, sive circa
 „mores ac disciplinam versentur, Ca-
 „tholicarum scholarum opiniones, sed
 „perniciosissimos errores adscitis illis
 „coloribus illitos esse proscriptos. Me-
 „rito proinde Calumniantium temeri-
 „tatem detestatus, postquam eorum
 „saluti omnibus paternæ charitatis &
 „auctoritatis argumentis consulere co-
 „natus esset, obturantibus illis aures
 „suas, opportuna ingravescenti morbo
 „remedia parare, & animadversiones
 „intentare, necessario & æquissimo ju-
 „dicio pro rerum ac temporum condi-
 „tione, non prætermisit.

„Ac licet ad unitatem refarciendam
 „multa isthic agitari consilia inaudiret,
 „sapienter tamen affirmabat & identi-
 „dem admonebat, non aliam esse veræ
 „unitatis integrandæ vel retinendæ
 „viam, præter Apostolicæ Constitutio-
 „nis obedientiam non ambiguam & su-
 „scatam, non novitate suspectam, sed
 „apertam, sinceram, ac pro veteri fide-
 „lium more demissam, qualem universa
 „Christi

Sæc. XVIII. „Christi Ecclesia Petro per Clementem
 A. C. 1722. „loquenti præstiterat. Ac salutaria, certe

„laudati Pontificis monita rerum etiam
 „eventus comprobavit. Nam illi ipsi
 „qui novam deferendæ aut potius præ-
 „tendendæ obedientiæ semitam ineun-
 „tes, satis muneri suo fecisse sibi vide-
 „bantur, nunquam adduci potuerunt,
 „ut quemadmodum res postulabat, & vic-
 „delium scandala removerent, & vice-
 „latam, quam Apostolicæ Sedi debe-
 „bant obedientiam ac reverentiam re-
 „pararent. Ille vero dum minus ac-
 „dientes ad officium vehementius ex-
 „citare & adducere pararet, humanis
 „rebus exemptus atque ad laborum ac
 „virtutum præmium justitiæque cor-
 „nam evocatus, hanc partem Nobis
 „qui divino Judicio in ejus locum suc-
 „cessionemque, licet impares successimus
 „pro gravissimo Apostolatus munere con-
 „ficiendam reliquit, cui certe sine in-
 „genti divinæ gloriæ, Christiani po-
 „puli, nostræque salutis periculo de-
 „esse non possumus. „

„Hæc autem quamquam Majestati
 „tuz apprime cognita & explorata sunt
 „ordine tamen commemoranda putavimus,
 „ut post diurnos Antecessorum
 „nostri labores, post tentata paterni
 „longanimitatis experimenta, post ad-
 „hibita, in omni patientia & doctrina

„arguendi, obsecrandi, & increpandi Sæc. XVIII.

„remedia, nihil jam superesse perspe- A. C. 1722.

„cias, nisi ut ejusdem vestigiis inhæ-

„rentes, quo nihil sane potius, & an-

„tiquius habere debemus, Ministerium

„nostrum impleamus, in hac gravif-

„simi momenti causa, in qua Catho-

„licæ fidei Ecclesiæque unitas in discri-

„men adducitur, & secundum potesta-

„tem, quam a Domino in Ecclesiæ

„ædificationem accepimus, animarum

„periculis occurramus, ac diuturniori

„silentio nostro multiplicetur in eis ruina,

„& arrogantia eorum, qui oderunt pa-

„cem, ad nova simplicium scandala im-

„punitate invalescat. Quo quidem

„metu solliciti jam operi manum ad-

„movere & inde rei bene gerendæ ini-

„tium ducere statueramus, ut re-

„giæ potestatis tuæ subsidium implo-

„raremus atque ad Patrocinium Ec-

„clesiæ Matri debitum, & Christianæ

„plebi salutare, Regem Christianissi-

„mum, avitæ Religionis ac virtutis

„hæredem advocaremus.,

„Sed interea, dum Paternas ad

„Majestatem tuam literas & obtestatio-

„nes destinaremus, dum simul etiam

„felicem exitum præstolaremur earum

„rerum, de quibus jam tum ab exor-

„dio nostri muneris egeramus cum di-

„lecto filio nostro Armando S. R. E.

„Car-

„Car-

Sæc. XVIII. „Cardinali de Rohano, tunc Romæ com- „fid
 A. C. 1722. „morante, cujus fidem, candorem ac „tri
 „prudentiam cum sacra eruditione con- „tet
 „junctam, plurimum in Domino com- „qu
 „mendavimus, dum eo scilicet consilio „ver
 „eaque expectatione tribulationem no- „Ec
 „stram ac sollicitudinis molestiam susten- „Se
 „tarem, super dolorem vulnerum „rat
 „nostrorum vulnus addiderunt operari „lig
 „iniquitatis, quorum audaciam & in- „per
 „solentiam ultra omnem modum eru- „ult
 „pisse deprehendimus. Enim vero non „im
 „sine gravi animi horrore delatæ sunt „co
 „in manus nostras Gallicanorum quo- „mu
 „rundam Episcoporum schismaticæ „tui
 „prorsus literæ, in felle amaritudinis, „pel
 „subscriptis etiam Auctorum nominibus „ligi
 „exaratæ, in quibus Antecessoris nostri „tur
 „fama & memoria sempiternis laudibus „per
 „digna proscinditur, Apostolica Con- „in
 „stitutio calumniose traducitur, utra- „ita
 „que potestas impudenter contemnitur, „co
 „atque hæretico spiritu divina omnia „gis
 „& humana miscentur. Quarum pe- „ru
 „stifera labes, ut latius diffunderetur, „qu
 „typis excusas in vulgus etiam spargere „da
 „ausi sunt; ac ne quid ad execrandæ „ge
 „temeritatis argumentum & cumulum „cla
 „deesset, auctoritatem nostram in par- „Pr
 „tem ac præsidium suæ perversitatis vo- „bli
 „care non erubuerunt, quasi integrum es- „au
 „set Apostolicam reformare doctrinam & „fidem.

„fidem, quam tota Christi Ecclesia Pe- Sæc. XVIII.
 „tri præconio edocta, firmissime profi- A. C. 1722.
 „tetur. Vides igitur Fili charissime,
 „quorsum evaserit Canonicæ animad-
 „versionis tamdiu dilata districtio &
 „Ecclesiasticæ Pacis toties Apostolicæ
 „Sedi promissa, imo etiam sæpe osten-
 „rata tranquillitas, simul etiam intel-
 „ligis, Pastoribus hujusmodi oves Christi
 „perdendas potius, quam pascendas
 „ulterius permitti non posse. „

„Neque vero sola Pastoralis Nobis
 „imposita necessitas urget, ut disrupta
 „consolidemus ac depravata converta-
 „mus, sed paternus etiam erga Regni
 „tui salutem ac securitatem amor im-
 „pellit; veremur enim, ne, cujus re-
 „ligio dissipatur, indignatio provoce-
 „tur, ac ne scandala, quæ Ecclesiam
 „perturbant, divinæ iracundiæ flagella
 „in tuum populum congregent. Maje-
 „stati autem tuæ inquietorum hominum
 „correctio & emendatio eo etiam ma-
 „gis optanda, & per legitimos sacro-
 „rum Canonum tramites adjuvanda est,
 „quod turbulenta consilia sua satis pro-
 „dant, dum factiosorum numerum exa-
 „gerant & jactant. Intelligebat profecto
 „clarissimæ memoriæ Ludovicus XIV.
 „Proavus tuus, quam insensu esseat pu-
 „blicæ pacis hostes, qui Apostolicæ
 „auctoritatis jugum excussissent, cum
 „supre-

Sæc. XVIII. „supremis votis, morte imminente Re-
 A. C. 1722. „gnum tibi traditurus, unitatem tuee
 „dam, & abolenda Religionis diffida
 „commendavit. Quod igitur patro
 „nium Dei caussa & Ecclesia jura de
 „poscunt, quod Regni tui non contem
 „nenda pericula flagitant, quod Ma
 „rum tuorum pia exempla requirunt
 „hoc a Te paternis vocibus postula
 „mus. „

„Præliare Fili charissime, junctis
 „Nobiscum studiis, prælia Domini
 „& eos, qui multiplici pertinaciæ
 „gnificatione elongaverunt se a Nobis
 „tuæ etiam potestatis brachio compelle
 „intrare, ne aut ipsi extra Arcam pe
 „neant, regnante diluvio, aut alios in
 „obedientiæ & erroris contagione cor
 „rumpant. Regni tui felicitatem
 „hoc triumpho, sacrosanctæ Reli
 „gionis & Christianæ pacis auspiciis
 „Christi cultu creverunt Francorum
 „pes & vires sibi fœdere sociatas pro
 „vexit Deus. Tibi quoque hoc fœderis
 „firmandæ sunt, ut sit Dominus exer
 „citus tuus protector tuus. Induere igitur
 „tur fortitudine tua ad dissipandas ger
 „tes, quæ bella volunt & ad humili
 „liandos calumniatores, qui vias De
 „mini rectas subvertunt. Audi Fili
 „Charissime, disciplinam Patris tui
 „ne dimittas legem Matris tuæ,

„addatur gratia capiti tuo, & acci- Sæc. XVIII.
 „pias Regnum decoris & diadema spe- A. C. 1722.
 „ciei de manu Domini. Hæc autem
 „ab eo, per quem Reges regnant, Tibi
 „ex animo precantes, dum fructus tua
 „sapientia dignos ad lætitiã & coro-
 „nam nostræ senectutis expectamus,
 „Majestati tuæ Apostolicam benedictio-
 „nem amantissime impertimur. „

§. LVIII.

*Ejusdem summi Pontificis epistola ad
 Aurelianensem Ducem eadem
 in causa.*

Præterea Innocentius XIII. Papa ean- *Argentre |*
 dem causam Philippo Aurelianen- *Coll. Jud.*
 sum Duci impense commendabat, da- *t. 3. p. 481.*
 tis ad Eundem hisce literis: *Dorsann.*
Journ. t. 2.
pag. 128.

„Sollicitudo omnium Ecclesiarum,
 „quam superni dispensatione consilii
 „gerimus, urget Nos, ut turbatis Gal-
 „liarum Ecclesiis propter eos, qui pro-
 „ferunt mendacia, & seminant inter
 „fratres discordias, opem paternæ di-
 „lectionis & Apostolicæ Providentiæ of-
 „ficiũ impendamus. „

„Ut autem opportunius atque uti-
 „lius has pastorolis muneris partes ex-
 „pleremus, post fusas ad Deum preces,
 „qui pacem diligit & veritatem, Regiæ
 „potestatis subsidium ad avertenda tam

Hist. Eccles. Tom. LXXI. S „Re-